



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

64 Excommunicati, donec publicè declarentur, regulariter non sunt vitandi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

damna hac de causa imminuentia evitent, ecclesiasticam immunitatem non sustinent.

65 Unde, ¶ qui sunt causa, in eandem excommunicationem incidunt, ut in eadem Bulla Cœna Domini n. 15. & Navar. 64 in manual. cap. 27. num. 70.

Taciti enim & expressi eadem est virtus, l. cum quid & ibi Bar. num. 4. & Ias. num. 5. ff. si cert. per. Aut qui executionem litterarum Apostolicarum, seu executorialium processum, & decretorum prædictorum quomodolibet impediant, ¶ vel suum ad id consilium, aut assensum præstant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum præventionum, seu etiam donec ipsi ad Papam informandum, ut aiunt, supplicaverint, aut supplicari fecerint; nisi supplicationes huiusmodi coram Sede Apostolica legitime prosequantur, etiam si talia 65 committentes fuerint Præsidentes, cancelliarum, consiliorum, Parliamentorum, cancellarij, Vicecancellarij, Consiliiarij, Ordinarij vel extraordinarij quorumcumque principium sæcularium, etiam si Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque fulgeant dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Commendatarij, seu Vicarij fuerint, ut in eadem Bulla Cœna Domini, nu. 14. & ibi Navar. num. 69. Sayr. in Thef. cas. conf. eodem lib. 3. cap. 18. num. 1. & Grassi. etiam. cap. 18. eod. lib. 4. num. 124.

63 Causas ¶ in quibus iudices laici se ingerere non debent, & personæ speciales, quæ hoc capite continentur, plene scribit Sayr. eodem cap. 18. num. 2. Et cum verb. Bullæ Clemen. Papæ VIII. num. 14. satis sint clara, quænam personæ

comprehendantur, non est opus recurrere ad argumenta, quia in claris non est opus conjecturis, l. continuus, §. cum quis, ff. de verb. obl. & Ias. in l. plane, §. si eadem, nu. 4. ff. de leg. 1.

Nec ¶ obstat, si dicatur, quod huiusmodi insequentes quandoque sint tolerati, & non evitentur; quia inde non sequitur eos non esse excommunicatos, ut per Navar. in dicto cap. 27. num. 35. vers. nota primò, & in conf. 15. numer. 2. de haret. par. 2. lib. 5. sed sunt excommunicati ex supra deductis.

Ad dictam tamen pœnam incurrendam requiritur, ut à iudicibus, & magistratibus prædicta auctoritate fiant, Navar. eodem c. 27. n. 71. vers. declaratio prima, & eandem incurrit Prælati ecclesiastici avocantes causas à delegatis Apostolicis, ut per Sayr. dict. c. 18. nu. 5.

65 Et ¶ nullo casu possunt laici causas ad forum ecclesiasticum spectantes, ad eorum tribunal trahere, cum nec sub prætextu violentiæ prohibendæ, cui per supplicationem potest provideri; ut per eundem Sayr. ubi supra numer. 6 & 9. Opinione, quod laici clericos ad forum seculare trahere, & in causis ecclesiasticis se intromittere possint, quàm in pluribus Covar. lib. practic. quæstion. quæst. 35. & alij quos refert Azor. in 1. par. instit. moral. lib. 15. cap. 12. vers. queri solet, sustinere conantur; intrepidè tenet idem Azor. subsistere non posse.

66 Spiritualis enim in pertinentibus ¶ ad fidem, & ad salutem animæ, ac in rebus, quæ ad bonum universale Ecclesiæ pertinent, de potestate seculari iudicare potest: cui consequens est, in huiusmodi personis, & causis ecclesiasticis potestatem ali-

ali-